

DE MENANDRI CODICE CAIRENSI LECTIONES NOVAE ET CONIECTANEA

Ineunte hoc anno cum auctore Sudhausio mihi contigisset, ut Aegyptum viserem, Menandri schedas Cairenses accurate excutere et virorum doctorum coniecturas, quarum immensa post Lefeburii primam editionem effloruit messis, cum ipso textu diligenter conferre summum operae pretium videbatur. Quae enim felicissime incohaverant primi codicis lectores¹ fore ut nonnullis locis etiam certiora et perfectiora evaderent ipsis papyris denuo inspectis sperari poterat. Neque enim ignorabit quicumque haec studia attigerit, tenuissima illa litterarum frustula passim legenti obvia, quae tamen prelis accurate exprimi non possunt, plurimum valere ad investigandam veram lectionem. Itaque si certo fundamento niti voles, ad ipsam papyrum rursus atque iterum recurras necesse est.

Ipsum autem codicem cum in Museo Cairensi frustra quaesivissem, primum Lycopoli in oppido, quod nunc Assiout nominatur, egregia usus Lefeburii liberalitate et hospitalitate per nonnullos dies paginas aliquot perscrutatus sum; tum postquam Gaston Maspero, Musei Aegyptiaci administrator celeberrimus, thesaurum illum nave sua secum in Museum rettulit, et ego reversus venia facile impetrata per duorum fere mensium spatium totum codicem studiose perlustravi².

¹ Post primum editorem papyrum contulerunt Alfredus Koerte („Zu dem Menanderpapyrus in Kairo“, Acta societ. Lips. vol. LX 1908 p. 87 sq.), Theodorus Reinach (Comptes rendus du congrès international d'archéologie classique, 2^{me} session, Le Caire 1909, p. 239), Seymour de Ricci, qui lectiones suas cum Koertio communicavit (vide Koertii praef. p. VI).

² Exstant nunc singulae codicis paginae vitris inclusae, quae et ipsa tribus cistis continentur, quarum prima Disceptantes, altera Samiam et Heroem, tertia Circumtonsam fabulam complectitur.

Maxime autem doleo, quod non diutius uti licebat gratissimo illo deversorio Aegyptiaco. Nam domum reversus dum opus meum retracto, multa coram ipso teste iterum examinare mallet quam in lucem proferre quae imperfecta sunt. Plurima enim remanere litterarum aenigmata posteris explicanda probe scio. Sed monet primi editoris exemplum, ut quae nova invenisse mihi videor qualiacumque sunt quam celerrime cum viris doctis communicem. Quod cum facio, gratias ago ex animo maximas duumviris illis humanissimis, qui studia mea foverunt quam maxime poterant.

Iam vero cum quaecumque nova enotavi litterarum frustula legentium oculis proponere perdifficile et vix utile sit, praestat animum atque operam ad ea exponenda advertere, quae adhuc dubia esse videntur et nondum sanata. In ipsis autem litteris describendis sic versatus sum, ut quae coniectura posita essent cancellis includerem hisce [—], punctis suppositis notarem litteras incertas, denique si quae minutissima litterarum frustula typis exprimi non possent, sic significarem, ut ipsis litteris uncis hisce [—] inclusis punctum subicerem. Emendationes vero viro- rum doctorum cum omnes proferre nec vellem nec possem, eas tantum commemorandas duxi, quae cum litterarum vestigiis viderentur convenire.

Iam igitur quattuor fabulas Disceptantes, Samiam, Circum- tonsam, Heroem ordine percurram exceptis tantum minoribus fragmentis, de quibus mox referetur in altera Sudhausii edi- tione¹.

¹ En conspectum eorum quos hic perlustrandos mihi proposui versuum:

I. Disceptantes.

- v. 1—73 = D 1-2 (v. r.)
- v. 74—147 = C 1-2 (r. v.)
- v. 148—215 = B 1-2 (v. r.)
- v. 216—285 = B 3-4 (r. v.)
- v. 286—357 = C 3-4 (v. r.)
- v. 358—408 = D 3-4 = N + T + M (r. v.)
- v. 432—501 = H 1-2 (r. v.)
- v. 502—519 = Q 2-1 (v. r.)
- v. 520—591 = H 3-4 (v. r.)

II. Samia.

- v. 1—64 = G 1-2 (r. v.)
- v. 65—131 = J 3-4 (v. r.)
- v. 132—201 = F 1-2 (r. v.)
- v. 202—270 = F 3-4 (v. r.)
- v. 271—341 = J 1-2 (r. v.)

I. Ad Disceptantes.

Omnium optime conservata est haec fabula. Praesertim prima quinque folia cum omnes versus paene integros praebeant, quod novas vix indagaverim lectiones haud miraberis. Mitto autem omnes illos versus, qui pridem sanati sunt, etsi saepius codex obtulerit litterarum quaedam frustula, quae novum et firmiter praestent his supplementis adminiculum. Itaque si forte desideraveris locum, de quo denuo chartam consuli volueris, ad notas te delegatum esse volo, ubi editorum commodo inserviens ea proponenda censui quae ipsi disputationi inserere taedebat.

Incipiam autem a re exigua illa quidem, sed minime spernenda. Qui enim adhuc ediderunt hanc fabulam, Lefeburii auctoritatem secuti versui 6 notam marginalem ΔΑ adscripserunt. Quam hoc loco a librarii usu alienam esse postquam iam Leo docuit¹, nuper etiam Koertius num recte lecta esset dubitabat. Neque ego discernere poteram ullum litterarum vestigium. Quod certa de causa monere volui. Sciunt enim quicumque experti sunt chartam fallacem interdum papyri fibras ita obscuratas esse, ut litterarum similes possint videri. Quod ipsum cum hoc locum alias accidisse credo². Porro in sinistro margine versus 23

III. Circumtonsa.

- v. 1—70 = E 1-2 (v. r.) v. 71—140 = J 1-2 (v. r.)
 v. 141—216 = J 3-4 (r. v.) v. 230—300 = E 3-4 (v. r.)
 v. 301—337 = K 1-2 (r. v.)

IV. Heros.

- v. 1—12 (arg.) v. 1—52 (fab.) = A 1-2 (r. v.)

¹ In Hermae tom. XLIII p. 128.

² Etiam accentus et spiritus nonnullos quos L. et K. adnotaverunt plerumque pallidiore atramento exaratos, ego potius papyrorum texturae tribuerim hic atque illic ita obscuratae atque diffractae, ut puncta vel accentus inesse primo obtutu facile credideris. Neque enim consentire possum Koertio, cui in omnibus fabulis correctorem multos accentus et spiritus addidisse aliaque emendasse praef. p. XI contendit, cum in Disceptantibus, Samia, Heroe neque agnoverim accentus a manu secunda positos neque omnino deprehenderim correctoris manum. Quod quo melius cognoscatur, quos in his tribus fabulis ab ipso librario positos esse puto accentuum conspectum proponam:

Ἐπιτρ. 8 ΠΡᾶΓΜᾶΤΙ 19 ΕΙΠΤΕΜΟῖ quamquam dubito num accentus supra Ε litteram recte agnoscatur. 150 ΑΙΧΡΑΨᾶ 192 ΠΑΡΕΧΩCΩΝ 235 ΚΑΤΑΛΟΓΟΝ Σαμ. 151 ΠΟΙΗCΑΙ 270 ΩΝ 323 ὍΜΑΤΟΝ Her. arg. 11 ΟΓἘΡΩΝ Ceteri autem quos Lef. et K. di-

cum litteram A legerit Lefeburius, probaverit Koerte, ego dubitare malo quam adsentiri. Quam enim vidi hastam hoc modo depictam \ eam etiam alias margini adscriptam deprehendi¹.

v. 33 ἀ]νειλόμην l. v. 67 τὸ μὲν ἄν οὗτος ἔλα[βε δή, τὸ δ' ἐγώ. In fine versus 67 ΕΛΑΙ legi. Possis aut ἔλαβε δή (Sudh.) aut ἔλαβεν ἄν (Leo, al.) supplere.

Iam animum advertas ad Syrisi orationem, qui inde a v. 103 ita argumentatur:

βλέ]ψον δὲ κάκει πάτερ· ἴσως ἔσθ' ο[ύτο]σί
ὁ πα]ίς² ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τραφεὶς ἐν ἐργάταις
ὑπ]ερόψεται ταῦτ', εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ φύσιν
ἄξ]ιας³ ἐλεύθερόν τι τολμήσει ποεῖν κτλ.

Quae num recte constituta sint si dubitaveris, haec velim tecum reputes in v. 104 litterae α certum exstare vestigium et

stinxisse sibi videntur vel spiritus vel accentus ego num revera exstent magnopere dubito. Sunt autem hi: Ἐπιτρ. 6 ΒΌΥΛΕΙ 9 ΤΙΟΨΝ 12 ΠΕΡΙΠΆΤΕΙΤΕ quae lineola etiam Koertio non accentus, sed pars litterae superioris videbatur esse. 16 ΚΑΪΡΩ 21 ΑΚΟΨCOMAITIGAP 24 CΆΦΗ secundum Lef., cum K. se accentum vidisse neget, 32 ΛΈΓΩ 33 ΕΧΩΝ 40 ΑΝΘΡΆΚΕΥC 49 ΤΌ ΠΑΙΔΙΟΝ (exstat ἸΟ a prima manu scriptum, quod calami lapsu ortum esse credo). 61 ΕΧΩ· ΤΕΚΟΥCΗ 71 ΑΡΕCΤΟΝ 77 cum K. puncta pallido atramento voci ΟΥΤΟCΙ superscripta agnoverit, ego duo tantum supra Υ litteram positos distinguere mihi videbar. 78 ΠΑΙΔΪΟΝ legit K., ego supra litteram Ι punctum vidi, 78 ΛΈΓΕΙ 79 ΓΈΓΟΝΕΝ 80 ΟΨΚ 116 ΑΙΠΌΛΟΙ 117 ΕΪΔΕ 214 ΆΘΛ Her. arg. ΛΑΧΗC 21 Κ. ΠΡΟCΔΟΚΩΝ et 22 ΠΕΔΑC ΠΡΟCΔΟΚΩΝ Similiter in eiusdem versus voce: ΜΕΓΕΘΕC littera C duobus punctis notata est. — Contra in Circumtonsae vs. 258—280 qui additi sunt accentus et spiritus cum pallidiore omnes atramento exarati sint, a lectore quodam positos esse versimillimum est, qui etiam alia quaedam correxit.

¹ Epitr. 84 \ ΚΟCΜΟΝ Samia 212 ἰ in margine sinistro adpictum.

² Non assentiri possum Koertio, qui cum initio versus litterae Ω dexteram partem satis certe agnovisse sibi videatur, Headlam secutus γεγώς scribit. Nam et hanc coniecturam et quam in v. 106 reposuit ἐμβάc spatium excedere in ipsa charta expertus sum. Ad v. 104 cf. Per. 229.

³ ὄρῳ Sudh., βέπας Schmidt in indice, cui inscribitur: Dritter philol.-archäol. Ferienkursus, Münster i. W. 1910, p. 8.

duarum tantum relinqui litterarum spatium. Ultimi autem versus initio quid supplendum esset cum multum dubitaverint viri docti, ego propter spatium exiguum Leonis coniecturam probandam censui.

Vincit Syrius, Davus queritur:

v. 141. Δεινή γ' ἡ [κρίσις]¹,
νῆ τὸν Δία τὸν σωτήρ' ἄπανθ' εὐρῶν [ἐγὼ
ἅπαντα περιέσπασμ', ὁ δ' οὐχ εὐρῶν ἄγει.

In ultimi versus fine cum Leone ἄγει poëtae dandum est, non ἔχει (Head. Wil.), cum sicut Lefeburius et ego litteram A, non E (K.) in papyro cognoverim.

Quod autem mox Syrius iubet: (v. 146) τὴν πῆραν λ[αβὲ] καὶ δεῖξον, recte Lefeburium λαβέ, Koertium falso χάλα supplevisse vel propter sequentem aoristi imperativum constat. Neque vero Koertius dubitasset, quin probaret Lefeburii supplementum, nisi de Ricci in charta ΠΗΠΑΝΧ legisset: ipse enim λ agnoverat. Ego autem etsi litteram λ hoc loco parum accurate exaratam esse concedo, tamen etiam in voce αἰπόλοι (v. 116) eandem huius litterae formam usurpatam esse moneo. Accedit, quod χ littera lineam litterarum inferiorem plerumque paululum excedit, id quod ex autotypo brevi in lucem prodituro mox omnes cognoscere poterunt.

In folii B parte superiore inde a v. 153 magna hiat lacuna, ita ut extremi versus plane deleti sint. Exstant autem duo fragmenta, quorum alterum (A) tam male alligatum est, ut ipsa ligatura litterae quaedam obtegantur, alterum (B) lineae superiori inserendum esse ex parte aversa fragmenti intellegitur, cuius litterae TIN versus 189 partem efficiunt. Quod cum imagine illustrare hic non possim, singulos versus mecum velim pertractes. Itaque in v. 153 Koertius earum quas vidit litterarum: TOIOY . . Υ . ΕΔ . . ultimam Υ valde dubiam esse testatur. Equidem ante ΕΔ litterae C partem superiorem conspexi, ita ut mihi haec fere evadat litterarum imago: TOIOYI . . ΞΕΔ . . Sequentia autem cum L. et K. sic legerint:

ΠΑΝΤΑΚ . . . K ΑΤΟΚ litteram K ex fragmento B huc transtulisse videntur. At huius fragmenti partem aversam cum versui 189 inserendam esse viderimus, sequitur, ut quae in adversa conspicitur litterae P vel K pars superior infra initiale E quod est in voce ἔδει (v. 153) ponenda sit. Prae-

¹ v. 141 et v. 142 suppl. Lef.

terea autem ante ultimum α litterae μ vestigium satis certe discipere poteram. En igitur versum, qualis iam ex charta renascitur:

ΘΑΤ . . . ΔΙΚΑΖΕΙΝΤΑΝΤΑΤΑ: Ρ . . ΜΑΤΟC

Denique quod restat fragmentum A si cum ceteris suo loco contextum cogitaveris, in v. 155 haec fere habebis:

ΝΕΔΕΙΙ . . . ΟΚΙΙC. C. At valde incerta esse scias ultima litterarum frustula utpote ligamine partim obscurata. In versu sequente ita interpungendum est, ut enuntiatum πονηρὸς ἦσθας, ὦ πονήρ' Syrisco tribuatur¹, cum etiam in charta huius interpunctionis certum videatur servatum esse indicium. Nam inter Ρ et litterae Ο frustulum spatium aliquod vacuum relictum est. Quae in versu sequente exstant vestigia favere videntur Lefeburii coniecturae ὅπως σὺ νῦν. Quo magis dolendum est huius sententiae finem tantopere deletum esse, ut certe suppleri iam non possit. Desunt enim duodecim fere litterae, quarum ultima vel paenultima aut α aut δ aut λ fuit.

Iam igitur totum locum qualis integer videatur fuisse describam:

Σ. ἀ]λλ' εὐτύχει, βέλτιστε· τοιού[του]ς ἔδ[ει]²
θατ[τον] δικάζειν πάντας. Δ. [ἀδίκου π]ρ[άγ]ματος·³
ὦ Ἡράκλεις, οὐ γέγονε δει[γοτέρα] κρίσι[ι]ς⁴.

Σ. πονηρὸς ἦσθας, ὦ πονήρ'. Δ. [ὅπως σὺ] νῦν
τούτω φυλάξεις αὐ[τὸς ἀσφαλῶς τὰ]δε⁵
εὐ ἴσθι, τηρήσω σε π[ά]ντα [τὸ]ν [χρό]νον⁶.

v. 159. ΓΥΝΑΙ in charta aperte exstat.

v. 180. οἶον] τ[ὸ] σῶσαι cum Koertio scribendum est.

v. 190 sq. Syriscus haec dicit: Χαιρεστράτου

εἴμ' οἰκέτης· ἢ σῶζε τοῦτον ἀσφαλῶς

ἢ ἴμοι δ[ό]ς, [ὡς αὐτὸς] παρέχω σῶν κτλ.

Quae enim litterae (v. 192) Lefeburio et Koertio ωι videbantur esse, exstant in fragmento A infra litteram ω, quae est in voce σῶζε. Cum autem valde diffractae sint, quin olim litterarum ΤΟC

¹ quod moneo propter Koertium

² suppl. ab Arnim.

³ suppl. Croiset.

⁴ suppl. Sudhaus.

⁵ suppl. Sudhaus. cf. v. 192 βούλομαι αὐτὸς φυλάττειν et quae antecedunt.

⁶ suppl. Lef.

vel TON partem effecerint non dubito. Respondet Onesimus: βούλομαι αὐτὸς φυλάττειν.

v. 243. Σ. οὐκ ἔνεστιν οὐδὲ ε[ί]ς

π[α]ρ' ἐμοὶ μερισμός. Ο. οὐδὲ δέομαι.

Σ. ταῦτα δὴ. ΣΥΡ'.

ἤξ[ω]¹ διαδραμῶν — εἰς πόλιν γὰρ ἔρχομαι
 νυνί² — π[ε]ρὶ τούτων εἰσόμενος τί δε[ί] ποιεῖν.

Post vocem δέομαι personae mutandae signum (:) dispexi, quod L. et K. pro litterae T reliquiis videntur accepisse. Cum autem etiam litterae T vestigium, spatio tamen unius litterae a ceteris separatum satis certe agnoverim, iam dubium esse minime potest, quin Onesimo inconstanti atque haesitanti Syricus verborum certamini finem impositurus abrupte respondeat: ταῦτα δὴ i. e. „sic ergo“³. Accedit, quod nota marginalis in sinistro margine addita, cuius solam litteram O non sine dubitatione agnovit Koertius, cum de Ricci ABP dispexisse sibi videretur, ego si oculis meis fidere possum CYP' fuit. Nam rursus atque iterum intuenti mihi et depingenti fallacissimam chartae imaginem litterae CY semper redibant atque etiam litteram P dextrorsum linea curva productam deprehendisse mihi videor⁴.

v. 280. Onesimus:

πρότερον ἐκείνην ἦτις ἐστίν, Ἀβρότονο[ν,
 εὐρωμεν, ἐπὶ τούτῳ Δ'ΕΜΟΙ-СΥΝΥΝ. ΡΑ⁵

Sic etiam Koertius ultimas duas litteras legit. Nec video quomodo aliter legi possint, cum pro α litteram Λ vel Δ ponere praecedente littera P inutile sit. Quod autem Wilamowitzium secutus σύμπραττε νῦν supplevit per se licet sententiae

¹ et ² suppl. Wil.

³ Domum ex itinere reversus in Mnemosynes tom. XXXVIII p. 216 H. van Herwerden hunc versum sanavisse vidi. Quo magis gaudeo viri Graecae linguae peritissimi coniecturam ipsa charta probatam esse. Ceterum vocem ταῦτα δὴ quo nos volumus sensu usurpatam saepe in comicis occurrere benigne me docuit Sudhaus, hosce locos mecum communicans: Arist. Vesp. 1008 ἀλλ' εἰσώμεν. || ταῦτα νῦν, εἴπερ δοκεῖ. Ach. 815 Περίμεν' αὐτοῦ. || ταῦτα δὴ.

⁴ Subter versus 244 initium paragraphum vidi, quae deest in editionibus. Quae etiam hisce locis ab editoribus ommissa est: Epitr. 188, 446 (372) Sam. 248 Per. 145 (416), 170 (441), 207 (478) praeterea in Koertii editione hisce locis: Epitr. 52, 152, 456. Per. 119, 246.

⁵ ΕΜΟΥ legit K. Mihi litterae ι et σ ligatura inter se coniunctae videbantur.

sufficiat, tamen cum contra codicis fidem ponatur ego probare non possum. Neque vero cum Leone φράσον reponere ausim, cum litterae φ hastam directam nec supra lineam nec infra dispicere potuerim. Praeferendum igitur censeo utpote in codice scriptum illud ὄρα Roberti, quod etiam ex versu 276: ὄρα σὺ τοῦτ' aliquid commendationis habet, quamquam talem sententiam re vera Menandream esse haud facile mihi persuadeo. Respondet autem Habrotonon hisce:

282. οὐκ ἄν δυναίμην, τὸν ἀδικοῦντα πρὶν [σαφῶς¹
 τίς ἐστὶν εἰδέναι· φοβοῦμαι τοῦτ' ἐγώ²,
 μάτην τι μηνύειν πρὸς ἐκείνας ἅς λ[έγω³.

v. 311. Habrotonon:

κατέβαλες δέ μ' ὡς σφόδρα,
 ἱμάτια δ' οἱ ἀπώλεσ' ἢ τάλαιν' ἐγώ.

Quod legerunt L. et K. σφοδραν non exstat. Nam litterae α caudatae, qualis saepius occurrit in fine versus, punctum additum est. Cum autem charta paululum obscurata sit, figura evadit litterae ν non ita dissimilis.

v. 316. Habrotonon:

τὸ] πέρας δὲ πάντων· „παιδίον τοίνυν“, ἐρῶ,
 „ἔστ'ι⁴ γεγονός σοι“.

Initio alterius versus: .. ΤΙΓΕ. non ΗΓΕ scriptum fuisse mihi certum videtur.

v. 325. Onesimus:

ἀλλ' ἦ χάρις τίς, Ἀβρότονον, τούτων ἐμοί;

Quod proposuerunt Wilamowitzius et Sudhausius ἦ pro οὐ (Lef. K.), in papyro fuisse constat, cum spatium duas litteras capere non possit et litterae Η partem inferiorem ipse satis certe agnoverim. Similiter Smierines interrogat (v. 525)

ἀλλ' ἦ⁵ περιμένω καταφαγεῖν τὴν προῖκά μου
 τὸν χρηστὸν αὐτῆς ἄνδρα;

v. 340 vox ΤΟΠΑΚΤΙΚΟΝ integra exstat.

v. 354/5. Diu me vexavit versus 355 nunc plane fere evanidus. Fallacissimae sunt litterarum umbrae et quocumque modo chartam verteris cernendi et distinguendi desiderio captus,

¹ σαφῶς Lef.

² ΤΟΥΤΟΝ Lef. ΤΟΥΤΕΓ K., qui suppl. ἐγώ. Litterae ω pars sinistra conspicua est.

³ suppl. Lef. ⁴ suppl. Headlam.

⁵ ΑΛΛΑ pap., corr. Wilamowitz.

vana esse omnia conamina fatigatus tandem fateberis. Itaque ne falsam viam emendaturis aperiam, ego taceam de iis litteris, quae incertissimae sunt vel potius nullae. Hoc tantum indicasse satis habeam versus initio C. ΕΥ litteras olim exstitisse verisimillimum esse et post lacunam decem fere litterarum ΝΑΠΟΛΕΙΤΕΙΝ certum esse. Omnes autem virorum doctorum coniecturas postquam diligenter contuli, nullam mihi cum litteris congruam visam esse invitus fateor. Fuit autem, cum sic fere locum explendum esse censerem:

ἐκείνην λήψεται ταύτη[ν ἀφείς¹

ἐ[πεύξεταί γὰρ ναῦ]ν ἀπολείπειν [τὴν σαθράν².

Pergit autem Onesimus hisce:

v. 355.

καὶ νῦν χαριέντως ἐκνευκέναι δ[οκῶ
τὸ μὴ δι' ἐμοῦ ταυτὶ κυκᾶσθαι. χαιρέ[τω
fr.N+T³ τὸ πολλὰ πράττειν· ἂν δέ τις λάβῃ μ' [ἔ]τ[ι⁴
περιεργασάμενον ἢ λαλήσαντ', ἐκτεμείν
δίδωμ' ἐμαυτοῦ τοὺς ὀδόντας[†]. ἀλλ' οὔτοσι
360 τίς ἐσθ' ὁ προσιῶν; Σμικρίνης ἀναστρέφει
ἐξ ἄστεως πάλιν ταρα[κτι]κῶς⁵ ἔχων
αὐτῆς· πέπ[υσ]ται τὰς ἀλ ις
παρά τινος οὔτος· ἐκπ[οδῶν δέ β]ούλομαι
ποιεῖν ἐ[μαυτόν].

Initio versus 357 Lef. legit: ΤΑΔΑΛΛΑ, Koerte ΤΟΜΑΛΛΑ. Quod cum ab omni sensu alienum esset, Wilamowitzius atque Arnim τὸ πολλὰ proposuerunt. Neque dubium est, quin ita scripserit librarius, cum litteras ΤΟΠΟ omnes certe agnovim. Etiam in fine versus littera Τ certa est. Quod autem in v. 358 ΕΚΤΕΜΕΙC in charta exstare testatus est Lef., probavit K., ego ultimam

¹ ἀφείς Arnim.

² οἶός τ' ἐγὼ τὴν ναῦν ἀ. τ. σ. Ar. εἶτ' εὐκόλως δεῖ ναῦν Wil. ἐπεύξεταί τε ναῦν Sudh. alii alia.

³ Fragmenta N + T cum fragmento M ita coniuncta inveni, ut litterarum ΠΠΟ (v. 365) pars superior in fragmento N exstet, pars inferior et paragraphus in fragmento M. Sequentis autem versus litterae ΕΞΗΙ servatae sunt. Deest igitur et semper deerat littera P, quam K. lineae 366 tribuit neque desideratur unus versus post v. 390. Ne litterae Υ quidem, quam fragmenti T ultimam esse voluerunt L. et K., ego ullum inveni vestigium.

⁴ Lef.

⁵ suppl. van Herwerden, cetera suppl. Wil.

litteram N fuisse spondeo. Qui sequitur versus corruptus est. Sunt qui insinuata voce ὀδόντας elegantius aliquid et exquisitius excidisse suspicentur. Quae suspicio et inde forsitan probetur, quod in codice legimus: ΕΜΑΥΤΟΥΓΑΥΣ. Fortasse igitur scriptor a vera lectione τὰς γνάθους aberrans ad scholion τοῦς ὀδόντας margini adscriptum textui inseruit falsam illam lectionem. Sunt etiam, qui deleta voce ἀλλὰ versum sanum esse velint (vide Koertii editionem). Quod probes conferens similes locos ex gr. Discept. v. 453. In v. 362 litterae ΑΑ et ΙC certae sunt. Dubito vero, num vera poetae verba investigare umquam possimus¹.

Vidimus furibundum ex urbe redeuntem Smicrinem. Comperisse eum generum suum a coniuge alienatum cum amicis luxurari Onesimus suspicatus adspectum eius fugit. Itaque inde a v. 366 Smicrines secum loquitur. Servata sunt septemdecim versuum initia, nullam inveni paragraphum, qua indicetur personarum mutatio. Adstitit Smicrines ad domum Charisii, πίνειν (372) suspicatur generum cum amicis: οἴμοι τάλας (377) exclamat. Ex ceteris versuum initiis nihil certi possumus elicere. Sequitur lacuna decem versuum. Initio autem alterius paginae servati sunt hi versus:

v. 384. οὐδεὶς σ . κ . . . ι . . . ἕτερος ὑμῖν: ποικίλον
 ἄριστον ἀρι[σ]τῶσ[ι]ν ᾧ τρισάθλιος
 ἐγὼ κατὰ πολλ[ά]. νῦν μὲν οὖν οὐκ οἶδ' ὅπως
 Δ . ΚΚΕΛ . Ν Κ . ΟC . ἀλλ' ἐὰν πάλιν
 Π μαγείρ[ο]ν [τι]ς τύχη
 ΙΕ [β]αλεῖτ' εἰς μακαρίας.
 ο τινος. Σμι'

v. 395 -ΕΝΟΝ: v. 398 ΑΡΑΓΕ v. 399 ΧΟΥCΙΔΗ
 v. 407 . ΤΑΥΤΗΝΕΓΩ.

v. 384 post οὐδεὶς scripta erat littera rotunda, quae mihi litterae ω simillima videbatur. Quae sequuntur vestigia incerta sunt, quamquam secundo loco litteram K satis certe agnoscere mihi videbar. Quae autem litteram P praecedebat littera Ε, non Θ fuisse inde constat, quod in margine huius litterae superiore ligatura litterae T conspicitur. Scribendum igitur ἕτερος.

v. 385 exstant vestigia litterarum ω et σ, unde probatur

¹ ἀληθεὶς αἰτίας cum litteris non convenit. ἀληθινὰς ὕβρεις nuperrime Schmidt: W. f. kl. Ph. 1909 p. 1052.

Koertii coniectura ἀριστῶσιν. In ceteris autem versibus ea tantum dedi, quae certa mihi videbantur¹.

Inde a v. 432 incipit folium H¹, quod scatet lacunis. Cum autem a Lefeburii et Koertii lectionibus non raro dissentiam, facere non possum, quin primam illam scenam, quae ἀναγνωρισμοῦ partem gravissimam continet, totam describam:

- A. — . . . [τὸ παιδίον
ἔξειμ' ἔχουσα. — κλαυμυρίζεται, τάλαν'
πάλαι γάρ· οὐκ οἶδ' ὅτι κακὸν πέπονθέ μοι.
- Σ. τίς ἂν θεῶν τάλαιναν ἐλεήσειέ με;
- 35 [A]BP' ᾧ φίλτατοι [θεοί], πε[. . . . ρ]ει [μ. τ. .]ρα
καὶ [. ἐδήσει] πορεύσομαι .
μικρόν, γύναι, πρόσμεινον. Σ. ἐμὲ καλεῖς; A. ἐγώ·
- Σ. σ[. . .]τι [σ[. γ. μ]ε γινώσκεις, γύναι;
- 440 A. αὐτῆ ᾽στι, νῦν ἔγ[ν]ωκα. χαῖρε φιλάτη·
. γ[.] τα δ[ε]υ[ρ]ό μοι τὴν σῆν δίδου.
λέγε μοι, γλυκεῖ', δ' πέρυσιν [η . . . εσε . σμσι
τοῖς Ταυροπολίοις ἐγ[. . . ε . . ἀλλ. ν·
- Σ. γύναι, πόθεν ἔχεις, εἶπέ μοι, τὸ παιδί[ον
λ]αβοῦσ'; A. ὄρας τι, φιλάτη, σοι γινώριμον
- 445 ᾧ]ν τοῦτ' ἔχει; μηδέν με δείσης, ᾧ γύναι.
- Σ. ο[ὕ]κ [ἔ]τεκες αὐτῆ τοῦτο; A. προσεποιησάμην,
οὐχ ἴν' ἀδικήσω τὴν τεκοῦσαν, ἀλλ' ἵνα
κατὰ σχολὴν εὔροιμι, νῦν δ' — εὔρηκά σε!
ὄρω γὰρ ἦν καὶ τότε. Σ. τίνος δ' ἐστὶν πατρός;
- 450 A. Χαρισίου. Σ. τοῦτ' οἶσθ' ἀκριβῶς, φιλάτη;
- A. . . . ινε οὐ σὲ τὴν νύμφην ὄρω
τὴν ἔνδον οὔσαν; ναίχι; μακαρία γύναι,
θεῶν τις ὑμᾶς ἠλέησε. — τὴν θύραν
τῶν γειτόνων τις ἐψόφηκεν ἐξιῶν·

¹ 387 Δ . . ΚΚΕΔΑΝ ΥΚΝΟC Ri., qui ΔΙΑ in charta fuisse negat, Δ . . ΚΚΕΔΑΝ ΚΝÒC K. Δ . ΚΚΕΛΟΝ et Κ . ΟC Lef. Quaeritur, quo modo sententiae distribuendae sint inter coquum et Smicrinem. Sudhausius haec fere mecum communicavit: E domo exit coquus interrogans servos: οὐδεὶς ὡ-ὑ ἕτερος ὑμῖν, nempe desiderat suppellectilem ampliorem. Hinc attonitus Smicrines exclamat: διασκέδα μ' ὁ μιάρός. (vel πονηρός v. s.) i. e. „coquus me dissipat. Malum dabo ei qui posthac huc inducet ὄψοποιόν ἢ μάγειρον.“

εἶσω λαβοῦσα μ' ὡς σεαυτὴν εἶσαγε,
 ἵνα καὶ τὰ λοιπὰ πάντα μου πύθη σαφῶς.

De singulis versibus haec habeo quae adnotem:

v. 432. Exit Habrotonum e domo Charisii puerum vagientem in manibus gestans matrem eius quaesitura. Videt et audit Sophronam miseram suam et Pamphilae sortem conclamitantem, quam agnoscere videtur cum exclamat: „O di boni“. Sed supplementum [θεοί] (Arn. Leo) incertum est, ne id quidem certe cognoscere poteram, φίλτατοι an φίλτατον exstaret. Ceterae autem quas punctis notatas cancellis inclusi litteras adeo dubiae sunt, ut eas proponere valde dubitaverim.

v. 436. Initio aut και aut κοι aut κρι fuit. Ante vocem πορεύσονται duo puncta agnoscere mihi videbar. Sed dubitari potest haec vox utri personae tribuenda sit. Nam quid librarius significare voluerit non liquet. Cum enim in fine versus puncta geminata non viderim, initio paragraphi vestigium aliquod videbatur conspicuum esse. Mihi vero verisimillimum est Sophronam aliquo ituram fuisse, cum Habrotonum eam hisce adeat: μικρόν, γύναι, πρόσμεινον.

v. 437. Quae legi certa esse confido. Sub finem versus haec servata sunt: ΠΡΟCΜΕΙΝΟΝ . ΕΜΕΚΑΛCIC : ΕΓΩ . , quibus probatur Sudhausii coniectura et totius versus distinctio (v. ed. p. 16).

v. 438. Initio lacuna est quattuor litterarum, quarum prima rotunda erat. Sequebatur TIC vel simile aliquid. Sub finem autem vocem ΓΙΝΩCΚΕΙC exstitisse spondeo. Quae antecedit lacuna novem fere litteras capit, quarum postremam Ε fuisse certum est.

v. 439. Quod supplevi: αὕτη 'στι, νὺν ἔγνωκα cum litteris stricte convenit. Certa enim sunt haec: ΤΗCΤΙΝ . ΝΕΓ . ΩΚΑ.

440. Littera γ secundum locum tenet. Lacuna est duodecim fere litterarum, quarum ultimae τα (vix PA) fuerunt. Cetera autem sic fere legi: Λ . . ΡΟΜΟΙΤΗΝ . ΗΙΙΔΙΔΟΥ. Quomodo reficiendus sit hic versus difficile est dictu. Nullum inveni interpunctionis vestigium¹).

441. Initio haec legi: ΛΕΙΕΜΟΙΛΥΚΕΙΟ.

¹ Sudhausius dubitanter haec mihi proponit: Habrotonum: δεθρόμοι· τὴν σὴν δίδου· i. e. huc propius (accede), tuam invicem porrigere (manum).

Itaque aut γλυκεῖα aut γλυκεῖ', ὄ scribendum est. Post πέρυσιν exstat littera H satis incerta et post lacunam trium litterarum haec: ΕCE™CM. . . vel ΕΠΕ™ΕΜ. I

v. 443. Legi: ΤΗΛΙΑΔΙ . . i. e. τὸ παιδίον.

v. 448. ΝΥΝΔ: ΕΥΡΗΚΑΞ.

v. 451. Initio tres desunt litterae. Sequebantur haec: ΙΝΕ; altera autem lacuna sex vel septem litteras complectitur, quarum ultima T aut N fuit. Apostrophum ego non vidi. Denique ΟΥΞΕ in charta fuisse mihi certissimum videtur.

Res scenicas aptissime et ingeniose Leo¹ explicavit. Restat unum, ut de ultimis versibus pauca addam. Nam quod nunc Sudhausium secutus vocem vaiχί Habrotono dedi, cum Pamphilam adnuendo respondentem fingerem, hoc contra codicis fidem factum esse male me habet. Fuit igitur, cum vocem vaiχί ipsi Pamphilae tribuerem. Sed nolui in textum recipere, quod prorsus novum esse et inusitatum et Sudhausius et Koertius me docuerunt.

Habrotonon cum Sophrone abiit in domum Smicrinis, ex aedibus Charisii prorumpit Onesimus: (457)

ΟΝ/ ὑπομαίνεθ' οὔτος, νῆ τὸν Ἀπόλλω, μαίνεται,
 μεμάνητ' ἀληθῶς, μαίνεται, νῆ τοὺς θεοὺς².
 τὸν δεσπότην λέγω Χαρίσιον. χολή
 μέλαινα προσπέπτωκεν ἢ τοιοῦτό [τι.
 τί γὰρ ἂν τις [εἰκ]άσειεν ἄλλο γερον[έ]ναι;

v. 457. Lefeburius legit ΕΠΕΜΑΝΗΓ et deleta praepositione scripsit ἐμάνη γ' ἀληθῶς. Quam coniecturam probavit Koertius, cum versus initio subter litteram Υ non litteras, sed notam quandam criticam dispicere sibi visus esset hoc fere modo depictam ΙωΕΜΑΝΗΓ'ΑΛΗΘΩΞ³.

Charta ita diffracta est, ut prima versus littera in duas partes dirimatur. Quo fit, ut pars sinistra speciem praebeat hastae directae, quae tamen deorsum paulo latius ita exarata est, ut in duas hastas olim videatur discessisse. Dextra autem pars

¹ in Hermae tomo XLIII p. 133 sq.

² in fine versuum 457 et 458 punctum vidi.

³ „Vor ἐμάνη lese ich nicht ΕΠ, sondern eine senkrechte Linie mit einem treppenartigen Schnörkel.“

v. 463 ultima littera non E, sed vel Δ vel Λ vel X fuit. — 464 ΠΕΡΗ ultima littera T fuisse potest.

v. 479 α]ύτῳ. v. 490 κέρηται littera X ex K correctae est. v. 498 ὄμο]ιά γ' εἶπεν.

superior fissura deleta, inferior trigonio simillima est. Quas partes si conexas et suppletas cogitaveris, habes litteram M. Neque enim ullo modo fieri potest, ut aliud significant haec vestigia. Septimo autem loco non Γ, sed T litteram cum H ligatam disperi.

Non dubito, quin uterque versus genuinus sit. Neque enim video, quid magis conveniat Onesimo plane perturbato atque excitato quam haec verborum iteratio. Adscribere lubet ex Circumtonsa haec verba Polemonis similiter solliciti: (256)

Γλυκέρα με καταλέλοιπε, καταλέλοιπέ με Γλυκέρα, Πάταικ'.
Ecce plane eadem verborum iteratio.

v. 461. Legi:

ΤΗΡΑΝΗΙΟ... ΑΣΕΙΕΝΑΛΛΟΓΕΓΟΝΟ

Priorem versus partem supplevit Croiset.

v. 473. Onesimus:

„ἐγὼ γὰρ ἀλιτήριος“, πυκνὸν πάνυ
ἔλεγεν, „τοιοῦτον ἔργον ἐχειρασμένοσ
αὐτὸσ γεγονὼσ τε παιδίου νόθου πατήρ
οὐκ ἔσχον οὐδ' ἔδωκα συγγ[ώμ]η[ν, πα]ρ[ὸν]
οὐθὲν ἀτυχούσῃ ταῦτ' ἐκείνῃ, βάρβαροσ
ἀνηλέσῃ τε“. κτλ.

In controversia erat v. 476. In charta vidi litterae P hastam infra lineam productam et in fragmento vestigia quaedam, quae quadrare possunt ad litteras ΩΝ. Recepi igitur Sudhausii supplementum¹.

fr. Q 2² v. 502 sq.:

A. ος] ἐπειράθη[ς

. ισει, ν[ῆ] τὸν Ἀπόλλω [τουτονί]³:

X. τί σύ μ]ε περισπᾶις, ἱερόσυλε; A. μὴ μάχου,

505 μωρό]τατε· τῆσ γαμετῆσ γυναικὸσ ἐστὶ σου
τέκνον] γ[ά]ρ, οὐκ ἀλλότριον. X. εἰ γὰρ ὤφελεν.

A. νῆ τῆν] φίλην Δήμητρα. X. τίνα λόγον λέγεισ;

A. ἐγὼ τὸν] ἀληθῆ. X. Παμφίλησ τὸ παιδίον

τοδὶ σ' ἔχε]ιν; A. καὶ σὸν γ' ὁμοίωσ. X. Παμφίλησ;

Ἀβρότο]νον, ἴκε[τ]εῦω σε, μ[ῆ] μ' ἀναπτέρου.

¹ συγγνώμης μέρος Leeuw., contra linguae consuetudinem, ut videtur.

² hoc fragmentum nunc littera Q 1 signatum est.

³ Sudh. haec fere suspicatur: X. δώσω μέγα κακόν, ἐὰν πάλιν σὺ πρὸσ ἐμὲ πειραθῆσ λέγειν. A. ἐμοῦ δὲ πεύσει, νῆ τὸν Ἀπόλλω, μέγ' ἀγαθόν.

504. Initio desunt sex litterae. Quod reposui, vix sufficit. (τί δέ με Lef. ἔτι με Sudh.) In versus fine MOIMAXOY legisse sibi videbatur Koertius. Ego litteram H certo agnovi, quamquam charta iua diffracta est, ut huius litterae hasta transversa plane fere deleta sit. In versu sequenti TATE certum esse testor, quod etiam de Ricci legit. μωρό]τate Koertius dubitanter proposuerat.

v. 506. τούτι (Wil.) lacunam non explet, τέκνον suppl. Koerte.

v. 508. ὄντως Leeuw., γ' addidit propter spatium K., qui etiam πάντως cum spatio convenire testatur. ἐγὼ τόν Sudhaus.

v. 509. Initio desunt septem vel octo litterae, quarum ultima si parvulo litterae vestigio fidem habere licet, rotunda erat. τόδ' ἔστ]ι; Habr. ν<αί>. K. τοῦτ' ἔστιν Arn. τοῖσ' ἔχειν Sudh.

fr. Q.1. v. 512. Χ[αι]ρ[έστρ]ατ' legi.

v. 516. ΠΑΙΔΑΡΙΟΝΗΔΕ legi. Totum igitur versum sic fere suppleas:

σπουδῆ δὲ καὶ παιδάριον ἦδ' ἐξεύρε νῦν.

Qua lectione nescio an comprobetur etiam in v. 512 quod traditum est ΗΔΕ intactum relinquendum esse. Agitur enim, ni fallor, de Habrotono, quae a Chaerestrato pueri inventi avo libertate donata iam, ut videtur, Onesimo in matrimonium datur. „Haec“, inquit Chaerestratus, „abhinc prospiciet, ut tu, Onesime, Charisio fidelis remaneas ut semper fuisti. Neque enim amicula est neque femina quaelibet, immo cura sua et studio puerulum nunc investigavit.“ Itaque Habrotoni astutia Onesimo causa fuit libertatis. „Ecce me liberum“ proclamat ille gaudio abreptus¹.

Lepidissimam esse hanc poetae inventionem forsitan concedas, si quali animi indole Onesimum induerit poeta in mentem tibi revocaveris. Vix novit comoedia servum fidiorem. Ne uxoris quidem casum dominum celavit. Mox autem cum dominum videt sibi iratum, paenitet eum garrulitatis suae. Nec tamen a se impetrare potest, ut anulum, quem domini esse agnovit, Syrisco reddat. Cum autem ipse eum adire vereatur, incertus haeret, quid faciat: (v. 225) Πῶς ἄν οὔν, πρὸς τῶν θεῶν, πῶς ἄν, ἴκετεύω — Dubitanti succurrit Habrotonon, cui confidenter

¹ Non totum versum cum Koertio Onesimo dandum esse etiam inde videtur constare, quod librarius post vocem πάξ personae mutandae signum posuisse putandus est, quamquam nunc alterum punctum fissura abreptum est.

totam rem exponit consilium ab ea implorans: τί χρη ποεῖν ἐμὲ νῦν; (276) τί οὖν ποιήσει τις; (291) Brevis autem postquam abiit Habrotonon, miratus muliebrem versutiam et calliditatem se ipsum excruciat: (343) . . . ἀλλ' ἐγὼ τὸν πάντα δουλεύσω χρόνον, λέμφος, ἀπόπληκτος, οὐδαμῶς προνοητικός τὰ τοιαῦτα· παρὰ ταύτης δ' ἴσως τι λήψομαι, ἂν ἐπιτύχη· καὶ γὰρ δίκαιον. — ὡς κενὰ καὶ διαλογίζομαι ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν χάριν κομεισθαι παρὰ γυναικός· μὴ μόνον κακόν τι προσλάβοιμι. — Nunc meliora edoctus est: mulieris astutia ei libertatem paravit.

v. 552. Onesimus:

„οὐκ ἄρα φροντίζουσιν ἡμῶν [οἰ]θ[εοί;]“ φήσεις. — Sic legi in libro papyraceo, supplementum invenerat ab Arnim.

v. 588. Sophrone: οἶδ' <ἔγωγ'>, εὖ ἴσθ' ὅτι·

ἢ γραῦς προτέρα συνήκε. Sm. πάνδεινον λέγεις.
οὐ γέγ[ο]ν[εν] εὐτύχημα μείζον οὐδὲ ἓν,
εἰ τοῦ]τ' ἀληθές ἐσθ' ὁ λέγεις.

v. 588. Librarius scripsit:

ΟΙΔΑ· ΕΥΙΘ'ΟΤΙ Supplementum Leo inseruit.

v. 589. . . . CAP . CTEPA Lef. . . . ATECTEPA K. Initio desunt quattuor litterae. Quae sequitur littera C certissima est. Sexto autem loco primo obtutu litteram T videbis. Sed ubi chartam verteris, etiam alteram hastam conspicias, cuius pars superior paululum evanuit. Sequuntur litterae POTEPA. Versum sanaverat Sudhausius. Ultimos autem versus Wilamowitzius supplevit.

II. Ad Samiam.

v. 15. Demeas secum: ὄθεν
πλείω προαιρῶν καὶ σκοπούμενος π[ά]λι|ν
οὐκ εὐθὺς ἐξήλθον.

In fine versus Lef. legit ΕCΩ, Koertius C . X . . .¹ Neutrum probari videbam. Nam quotiescumque locum examinabam, litteram Π satis certe agnoscere mihi videbar. Ceterarum litte-

¹ συχνά Wil.

v. 11 ΑΙΔ'ΕΒΟΩΝ v. 14 εἶ[ς τὸ] ταμειον v. 33 ΓΕΓΟΝ. ΝΑ. ΛΗ
v. 35 ΝΕΝΑΙ certum est. v. 43 Θ correctum ex Τ, σε correctum ex ιε
v. 46 οὐκ οἶδ' [ἔπο]ι v. 53 εμοι hodie apparet, sed ita, ut Υ in charta
fuisse potuerit. v. 62 ΛΕΓΟΥ[C]ΑΝ v. 65 CΙ . ΙΟΝΘ'ΟΡΩ — v. 78
φ[ί]λτατ' — v. 82 τὴν [σπυρί]δα καταθείς — v. 85 ἀλλὰ τ[ῆ]ν θύραν.
— v. 93 συγκρῦπτεις τι πρὸς μ', ἤ[σθημ'] ἐγὼ — v. 94 μὰ τὸν Ἀπόλλ[ω].

rarum incerta sunt vestigia, possis pro ΛΙ etiam ΧΙ legere. Secundo tamen loco littera rotunda exarata erat. Itaque aut πάλιν aut quod minus probes πολύ supplendum est.

v. 68. Parmeno:

Μάγειρ', ἐγὼ, [μ]ὰ το[ύ]ς θ[εο]ύς, οὐκ οἶδα σύ
 70 ἐφ' ὃ τι μαχαίρας περιφ[έ]ρεις· ἱκανὸς γὰρ εἶ
 λαλῶν κατακόψαι πάντα· Π· ΙΕ . . . : ΕΘ . . .
 ἰδιῶτ'. Π. ἐγὼ; Μ. δοκεῖς γέ μ[οι, νῆ] τοῦς [θ]εοῦς.
 εἰ πυνθάνομαι πόσας [τραπέ]ζας μέλλετε
 ποεῖν κτλ.

v. 68. Quod supplevit Wilamowitzius, vestigiis probatur.

v. 70. Quid lateat, indagare non possum. Post vocem πάντα punctum disrexi, sequitur aut Π aut ΠΙ. Cetera praeter ΙΕ certa videntur.

v. 71. Probatum inveni Croenerti supplementum.

v. 83. Demeas secum:

τοῦ[τον μὲν οὐ]δέν, ὡς ἐγῶμαι, λανθάνει,
 το[ύ]του δ]ὲ πᾶ[ν] π[ρα]ττόμενον ἔργον· ἐστὶ γὰρ
 π[ε]ρίεργος εἶ τις ἄλλος.

In controversia est v. 84. Legi in charta: TC . . . CFA . . PA
 Aptissime igitur Wilamowitzius versum videretur restituisse, nisi prior lacuna quattuor tantum litteras caperet. Fortasse autem litterae ut in versu sequente paullo artius exaratae erant.

v. 90. ἄκουε δὴ νῦν Π[α]ρ[μ]ένων. Sic iam primus editor versum restituit, quamquam ΔΕΙ in charta legisse sibi videbatur. Idem Koertius legit, qui scribit: ἄκουε, δεῖ νῦν Παρμένων. Mihi ΕΙ in Η correctum videbatur.

v. 96 sq.

Δ. παῦ, μηδὲν ὄμνυ'· οὐ γὰρ εἰκάζ[ε]ις [καλῶς].
 Π. ἢ μήποτ' ἄρ' — Δ. οὗτος, βλέπε δεῦρ'. Π. ἰδοῦ.
 Δ. λέγε
 τὸ παιδίον τίνοσ ἐστίν; Π. ἦν. Δ. τὸ παιδίον
 τίνοσ ἐ[στ] ἔρωτ]ῶ. Π. Χρυ[σί]δ[ο]ς. Δ. πατρὸς
 δὲ τοῦ;

100 Π. σόν, [δέσποτ'. Δ. ἀπό]λῳλας· φενακίζεις μ'. Π. ἐγὼ;
 Δ. οἶδα γὰρ ἀκριβῶ[ς πάν]τα καὶ πέ[φ]ραστ'] ἐ[μ]οί,
 ὅτι Μοσχίωνός ἐ[στιν], ὅτι σύνοισθα σύ,
 ὅτ[ι τ]οῖς κ[. σι] νῦν αὕτη τρέφει.

Π. τίς φη[σίν — Δ. οὐδείς· ἀ]λλ' ἀπόκριναι τοῦτό μοι
105 . τίνος] ἐστίν; κτλ.

v. 96 in fine litterae K parvulum vestigium dispexi. Ver-
sum suppleverunt multi.

v. 97. Post vocem δεῦρ' dilucide exstat personae mutandae
signum. Sequebatur hasta recta, super quam puncta geminata
posita erant, quorum alterum saltem agnovi. Cetera sic legi:
ΔΟΙ. Non video, cur opus sit negligere interpunctionem tradi-
tam, quod nonnulli fecerunt¹. Immo dabimus Parmenoni, quod
postulat et charta et sententia: ἰδοῦ (cf. v. 174). v. 98 ΕΤΙΝ:
ΗΝ: ΤΟΠΑΙΔΙΟΝ. Sic scripserat librarius. Nunc puncta praeter
unum papyri fissuris deleta sunt, relictum est ab utraque parte
spatium vacuum. Parmeno verum dicere veritus tergiversatur.
„En“, inquit, ut brevi ante ἰδοῦ (cf. v. 90)². Demeas morae
impatiens iterat quaestionem: τὸ παιδίον τίνος ἔστ' ἐρωτῶ³.
Sic enim confidenter expleverim lacunam, cum litteram ω: certo
agnoverim. Servus rursus simulate loquitur. Deinde cum effu-
gere non iam possit: „Tuum“, inquit, „domine“. Pro σὸν
malis cum viris doctis σοῦ reponere⁴, sed obstat chartae fides.
Nam tertio versus loco litterae N certa conspexi vestigia. Seque-
batur littera Δ, cuius pars superior etiam nunc exstat.

v. 101. Elisus est versus margo superior. Quo factum
est, ut Koertius haec legere sibi videretur: Ε. ΩΙΔΑΚΡΙΒΩ.
Ego totum locum saepius accurate designavi nec video, quid
aliud possit latere quam quod supra scripsi, cum certae esse
videantur omnes litterae. Legi enim haec: ΟΙΛΑΙΑΙΑ. Sub finem
versus ΠΟ, non ΗC exstitisse et extremam vocem ἐμοί fuisse
mihi persuasi, quamquam nullam litteram integram inveni. Sup-
plementum Leoni debetur.

v. 103. Prior pars versus tam misere dilacerata est, ut
CT an ΤΟ exstiterit vix quisquam diiudicaverit. Post lacunam

¹ Δ. οὔτος, βλέπε δεῦρ', ἀδόλωσ λέγε K. ἀδεῶσ λέγε Wil. Contra:
ἀδόλωσ λέγω Schmidt, ἐρῶ Sudh.

² Ex plurimis exemplis apud Aristophanem usurpatis hoc unum
afferre satis est: Ραν. 1390 Διον. Λάβεσθε τοῖνον αὐτίς. Αἰσχ. κ. Εὐρ.
ἦν ἰδοῦ. Διον. λέγε.

³ τίνος ἐστὶ μητρόσ Lef. Π. ἦν, τὸ παιδίον τίνος ἔστ' ἐρωτῆις;
Χρυσίδος K. neglectis punctis geminatis.

⁴ σο[ῦ νῆ Δί] Lef. σο[ῦ δῆτά γ'] Sudh.

duarum litterarum haec vidi: CICK. Quod reposuerunt viri docti neque cum spatio neque cum litteris convenit¹. Possis TOY-TOIC vel OTITOIC suspicari, sed certum aliquid proponere vereor, cum altera lacuna decem fere litteras complectatur. Servata sunt ante vocem νὺν frustula quaedam, sed quam male habita sint inde intelleges, quod modo HCI (σ cum ι ligatum), modo ΠΟ dispicere mihi videbar. Expediet qui poterit.

v. 104. Τ. CΦΗ ΛΛ. Sic charta. Prius spatium duas litteras non excipit. Praeterea cum σφ (non εφ), certum esse credam, malim reponere τίς φησίην quam τίς ξφη. Cetera autem Leo supplevit.

v. 105. Initio quae exstant exigua frustula plane perturbata sunt. Vix quisquam quid exstiterit inveniat².

v. 118. Lefeburius haec legerat:

ΕΜΟΙΤΕΠ. Θ . . Ε. ΑCΜΕΝΟC·ΝΥΝΙΔΕΜΟΙ.

Conclamatus erat locus, alii alia temptaverant. Cum autem Koertius testatus esset in charta haec legi:

ΕΜΟΙΤΕΠΕΘΕΤ'Α.ΑCΜΕΝΟC dubitari iam non posse videbatur, quin veram sententiam pridem divinasset v. Leeuwen, cum proponeret: ἐμοί τ' ἐπέθειτ' ἄν ἄσμενος. Attamen scrupulus mihi remanebat quotiescumque legebam quae adnexa sunt: νυνὶ δέ μοι ἀπολελόγηται τὸν φανένθ' αὐτῷ γάμον ἄσμενος ἀκούσας. Neque enim facile mihi persuadere poteram in eadem sententia vocem ἄσμενος sic bis posuisse poetam, praesertim cum ipsa sententia nec fluere videretur neque concinna esse vel perspicua. Quo maiore studio chartam excutiendam esse duxi, si forte correctoris manum vel supra versum vel in margine possem deprehendere. Quod inveniebam, primum omni spe me deiecit. Charta enim post magnam illam lacunam, quae inde a v. 115

¹ π[ῶς] διεκ[ομισθη, διὰ τί] νὺν αὕτη τρέφει Leo, postquam Koertius haec legit:

Π . . ΑΙCΚ (vel ΔΙΕΚ) Τ . ΙΝΥΝ

τὸ παιδῖον [τίνος ἔσθ' ὅ]τι νὺν αὕτη τρέφει Sudh.

² autē ΕCΤΙΝ omnia incerta esse etiam Koertius testatur, qui tamen ΤΙΝΟC cum vestigiis coniungi posse credit. ΤΙCΔ Lef. Post interpunctionem litteras EI conspexi. Lacuna autem non plus septem, fortasse sex tantum litterarum est. Sequuntur litterae O et T inter se ligatae. In fine versus quod olim exstabat personae mutandae signum nunc fissura deletum est. εἰκόσ σ' οὐδὲ Wil. ἐπά σοί με K. ἐν τὸδ' οἶδα Leo. εὐ τὸδ' ἴσθ' ἐμέ τᾶλλα λανθάνειν Sudh.

intercedit, in duas partes discissa est. Ipsa autem fissura versus 118 ita dividitur, ut quae inter Π et O exstant litterae laceratae sint et partem litterarum superiorem plerumque in fragmento superiore, inferiorem in inferiore conspicias. Maxima vero difficultas inle oritur, quod cum pagina vitris includeretur, singulae partes tam male conglutinatae sunt, ut earum quas supra significavi litterarum pars inferior paululum dextrorsum declinaret. Tam i et inspice chartam: omnia mixta videbuntur et plane perturbata. Numquam hercle verum elicies, nisi singula frustula accurate designaveris atque depinxeris, ordinem qualis in charta videatur fuisse restitueris, quae dispersa erant caute coniunxeris. Quo opere quid effecerim, hoc fere modo licet oculis proponere:

ΑΡΑ[—]Ε[—]ΑΓΜΕΝΟC.

Quid igitur scripserat Menander? Nihil aliud quam παρατεταγμένος. En igitur totam sententiam:

v. 113. Demeas secum: παράβολος
 ὁ λόγος ἴσως ἔστ', ἄνδρες, ἀλλ' ἀληθινός.
 εἰ μὲν γὰρ ἢ βουλόμενος ἢ [δουλούμε]νος¹
 ἔρωτι τοῦτ' ἔπραξεν ἢ μισῶ[ν ἐμέ²,
 ἦν [ἄ]ν ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανο[ίας ἧς] τὸ π[ρί]ν³
 ἐμοί τε παρατεταγμένος· νυνὶ δέ μοι
 ἀπολελόγηται τὸν φανένθ' αὐτῷ γάμον
 ἄσμενος ἀκούσας.

¹ propter lacunae spatium malim supplere δουλούμενος (Sudh.) vel κρατούμενος (R. K 2) quam πεπληγμένος (Herw.)

² suppl. Lef.

³ ΔΙΑΝΟ ΙΟΓ . . . charta. Fuit aut ἧς τότε aut ἧς τὸ πρίν (Herw.)

v. 109. ΗΑΗΓ' legi. Cum autem littera Λ cum Η ligata sit, non dubito, quin olim Δ exstiterit. In eodem versu μαστιγ[ι]α legi.

v. 111. βοῆς a librario correctum videtur ex ἔχεις cf. Circumt. 183.

v. 127. Quae sexta sede exarata erat littera utrum K an N fuerit. diiudicari non potest.

v. 128. Ante πω vestigia litterarum ΔΕ agnovi. Spatium liberum septem litteras amplectitur. Scribas igitur cum Leone: ἀλλ' οὐδέπω . . . — v. 129. τὸν εἰς ἄ]παντας — v. 165. φαύλως — v. 166. Θεραπαίνας, Χρυσί. Lacuna quinque litterarum est. Vide num ἰδοῦ vel tale aliquid supplendum sit. Littera C in voce θεραπαίνας certa est, quamquam pars superior evanuit. Infra lineam duo puncta (C) agnoscere mihi videbar.

